Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Propter O. et G. fidelium nostrorum nostre fuit excellentie oblata que-
rela quod cum castrum et homines de Lomeria cum suis pertinentiis et
iuribus ad eos pertineant pleno iure R. C. et R. de Pila fideles nostri
super possessione castri predicti sub pretextu cuiusdam privilegii a maiesta-
te nostra concessi eos molestant contra iustitiam et perturbant super
quibus cum conquerentes ipsi velint ipsos in nostre maiestatis Curia
convenire debite. Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus supradictos R. C. et
R. ex parte Culminis nostri citare curetis ut xx die post citationem vestram
in dicta nostra Curia debeant comparere predictis conquerentibus de iu-
re in iudicio responsuri. Diem vero citationis vestre ac formam tenorem
presentium continentem et coram quibus eos citaveritis per vestras litteras vestro
sigillo munitas seu publico instrumento nostre Curie rescribatis quod si ad pre-
dicta exequenda non possitis ambo personaliter interesse nichilominus
alter vestrum predicta fideliter exequatur.

Benigne recepit excellentia nostra litteras quas nostro Culmini desti- ·xcviii·
nasti et plene intellectis universis et singulis que per easdem litteras in-
timasti devotionis tue constantiam merito duximus commendandam
velut qui iussionibus nostris ab experto te novimus constanter et utile
extitisse Et quia semper te exposuisti nostris beneplacitis et mandatis
dignis te laudibus extollentes. Devotionem tuam sincere volumus nos
in firmo proposito gerere ut pro multis collatis iam dudum serenitati nostre s(er)-
vitiis digna suo tempore rependemus tibi et tuis premia meritorum.

Cum de prudentia R. Filangerii fidelis nostri plene confisi e- ·xcix·
um castellanum nostri castri Ameche duximus statuendum ut ipsum ad
honorem et fidelitatem nostram custodiat et conservet. Fidelitati tue
precipiendo mandamus quatenus castrum ipsum arma et res alias omnes
que in eo sunt eidem R. facias assignari. De omnibus que assigna-
ta fuerint tria inventaria sive scripta consimilia fieri faciens ad cau-
telam quorum unum penes se resignans retineat castellanus aliud
penes eundem R. remaneat tertium vero per fidelem nuntium Curie n-
ostre transmittas ·C°

De tua prudentia et fidelitate confisi te potestatem Civitatis Estu-
li pro anno futuro duximus statuendum fidelitati tue mandantes quatenus
ad predictam Civitatem conferas et potestariam eandem ad honorem et fi-
delitatem nostram et pacificum statum Civitatis ipsius debeas fideliter
exercere. Iuxta nichilominus statuta Civitatis eiusdem et consueto da-
ir predecessoribus tuis salario pro contentus. Damus cum consilio et
toti Civitatis eiusdem nostris litteris in mandatis ut tibi in omnibus que
ad ipsius potestarie officium spectare noscitur per eodem anno intende-
debeant ad honorem et fidelitatem tamquam a maiestate nostra sta-
tuto debitum et consuetum tibi salarium percepturi ·Ci

Cum de prudentia et fidelitate G. de .. fidelis nostri confisi ipsum
potestatem nostri pro anno futuro duximus statuendum fidelitati vestre
precipiendo mandamus quatenus eidem G. fideli nostro in omnibus que ad e-
iusdem potestarie officium spectare noscitur per eodem anno parere